

Y b  
2924



QW

I  
C



Q. VI, 18.

I. N. T.

I, 9

Y b  
2924

DISCURSUM JURIDICUM

*Magnifici ac Amplissimi* J Consultorum Ordinis  
AUTORITATE,

*Sub*

PRÆSIDIO

DN. GEORGII ADAMI

Struben / Hereditarii in Uhlstet / Jcti & Antecessoris hujus Salanæ Celeberrimi, Consiliarii Saxo-nici, Curiaë Provincialis & Scabinatus Assessoris Eminen-tissimi, Facultatis Juridicæ SENIORIS longè Meritissimi,

*De*

Contractu quodam Innominato,

*Qui*

CONCESSIO

SALINARUM

HALLENSIUM

*dicitur,*

publicè habebit

CHRISTIANUS HEINRICUS Ellenberger /

HALL. SAX.

*ad diem Julii, Horâ locoq; consueto.*

---

Literis JOHANNIS NISII, cl<sup>o</sup> l<sup>o</sup>c LXV.

43







## DEO AUCTORE



**N**ostras gubernante actiones, ita nostros animos ad ejus Omnipotentis erigimus adiutorium, ut neq; nostro confidamus ingenio, sed omnem spem ad solam referamus summæ providentiam Trinitatis &c. *l. 1. d. V. §. Enucl.* Sicuti enim in foro causas dicentib. nefas videtur esse, nullâ præfatione factâ Judici rem exponere (uti loquitur Gajus *in l. 1. d. O. §.* Ita non malè me facturum existimo, si in invocatione **N. Divini** præmissâ, ipsam materiam explicem. Iis verbis aggredimur Dissertationem nostram, quibus Imperator Augustissimus leges temporibus Romuleis latas, & ab Urbe condita introductas, emendans *d. l. 1. §. 1. d. V. §. E.* & novæ prælectionis Codicem congerens, usus est *d. l. §. 2.* Aggredimur dico, in plurali non jactantiam atque ambitionem intendentes, sed aggredimur dico, quod nihil ex proprio ausu vel cerebello, deficiente Superiorum consensu, proferre tentem. Imperiti quidem quidam legulei atq; olivarum lectores Pomponium culpârunt, quoniam de suâ persona *in l. Necessarium 2. pr. de O. §.* in plurali locutus, tanquàm ambitiosum, sed magis decoris atque modestiæ notam esse pulchrè demonstrat Besold *Thesaur. Pract. voc. von Gottes Gnaden. Sichm. spec. J. R. cap. 2. n. 4.* Nucl. I. p. 9. minusque obstat, quod hic titulus solis iis, qui superiorem non cognoscunt, competit, ut vult Bodin. *d. Rep. l. 1. c. fin.* add. Besold. *thes. voc. von Gottes Gnaden.* qui titulus jure etiam translatus ad Germaniæ Principes, quâ de re Matth. Steph. *d. Jurisd. l. 2. p. 2. c. 7. n. 40.* Dn. Carpzov. *prax. crim. p. 1. quest. 41. n. 25.* Originem ac rationem cape ex Valent. Winther Parth. *litig. l. 1. c. 6. n. 14.*

quem citat Dn. D. And. Alb. Freyberg Disp. inaug. de Jurisd. Turb. c.1. num. 2. Hæc obiter, ne illotis quasi manibus tractemus materiam d. l. 1. d. O. 7. Rem autem in præfenti non minimam aggredimur exposituri, naturam contractuum Innominatorum, & præprimis juris inde fluentis Salinarum, quam in nulla Corporis Juris parte (*sicut appellatur à Justiniano in l. unica. C. de rei ux. act.*) declaratam, neq; ab ullo Doct. specialiter & perfectè traditam, neque ante nos, ut opinamur, vix ex ullâ Cathedrâ hæctenus ventilatam novimus. Fatemur equidem parvitatem nostram, & huic labori impares humeros, quia tamen in magnis voluisse sufficit, & insuper haud dubitemus, quæ noscunque tandem tempestas exceptura sit, de benigno Lectoris Judicio, vela omninò facienda sunt, quod ut ordine & decenter fiat, neque intactum aliquid relinquatur, de Cessione & Concessione prius dicimus illam loco traditionis, quâ Dominium rerum incorporalium, in accipientem præcedente habili causa transfertur. *J. Ulpian. tit. 19. de dom. & acquis. rer. §. 8.* Cùm autem Jus Salis coquendi sit aliquod incorporale, & non satis expeditum, an sec. Treutl. vol. 2. Disp. 20. tb. 1. l. L. rerum incorporalium propriè dominium sit *per l. 3. si usufruct. petal. l. 15. §. 8. quod vi aut clam. l. 2. si serv. vind. l. 12. de usufruct. ear. rer. l. 15. d. aur. arg. legal.* ut ipse fatetur Bachov. *ad d. Aut. d. loc.* qui postea multis & efficacioribus adversantium argumenta & rationes rejicit. dissent. D. Lang. insign. Jur. quæst. *theorem. 5.* Non autem dicta Bachovii extendimus ita, ut ipsi concedamus rationem tertiam, in quâ rejicere videtur distinctionem dominii in directum & utile, licet *ad l. 16. §. 2. de pignor. act. §. 2. F. 8.* respondeat, tamen eæ responsiones, in ejus castra ut descendamus, non faciunt. Superest adhuc *l. 1. si ager veſtig. & d. l. 16. si rectè explic. ex l. 74. l. 75. de R. V.* quæ satis firma consistit, *l. 1. §. 1. de superfic.* Porrò eodem loco dicit Bachovius, se nunquàm vidisse in Jure actionem confessoriam, quæ pro rebus incorporalibus detur, utilem appellari, sed miror, quod ipse non viderit *l. 10. si serv. vind.* ubi expressè dicitur confessoria utilis actio. *l. 16. de servit.* Posito verò rerum incorporalium propriè dominium esse, facile probandum erit

erit, cessione transferri Dominium. *Ulpian. Inst. tit. 19. de dom. & acquis. rer. l. 33. §. 3. de usurp.* Bald. *in c. 1. per quos fiat invest.* Ubi ad majorem hujus materiae intelligentiam, notandum in traditione, (de hoc enim acquirendi modo solum loquimur) ne in illud, in quod incidit Treutlerus, vir alias rerum peritia & judicii alacritate nobilis, incidamus, ubi in *Disp. 20, vol. 2. thes. 2. lit. A.* illud quod speciale traditioni, singulis acquirendi modis accommodat, quâ de causa & culpatur à Bachovio *in d. l. 1. distinguendum esse modum ab acquirendi causis d. Aut. d. l.* Sicut autem titulus in rebus corporalibus sine traditione vera vel ficta, verum translationis dominii effectum non parit, *per l. 23. de acqu. poss. l. 1. §. 1. d. tit. l. 2. C. de pact. l. 9. §. 5. d. acquir. rer. dom. l. 11. §. 6. de pignorat. act.* Sed tantum de quaerendo dominio per titulum occasio præbetur Vultej. *Jurispr. Rom. l. 1. c. 70. n. 35.* Ita modus sine titulo habili nullus, *l. 31. de acquir. rer. dom. l. 1. §. fin. ibid. §. 40. 41. de R. Div.* De titulo qui plura desiderat, videat. *Hænon. Disp. Jurid. 6. Dn. Lic. Durfeld. Disp. inaug. de Titulo. de modis acquirendi tot. tit. ff. de acquirend. rer. dom. & C. per quas personas nobis acquir. & Inst. d. R. Div. ibiq. Dd.*

Et hac ratione eodem modo Cessionem, quo veram traditionem, verum vel quasi titulum desiderare putamus, non obstat *l. 10. verb. d. Jure si serv. vind. l. fin. d. aq. & aqua pluv. l. 2. C. de servit. & aq.* qui textus loquuntur de titulo speciali, quem possessor rei incorporalis edere cogi non potest, ita ut dicere debeat, an ex legato, vendito, vel alio modo possideat, sed sufficit, si modo non vi, non clam, non precario possideat, *l. 1. pr. d. aq. quotid. d. l. 1. §. 10.* sicut etiam *d. l. 10.* aliter intelligere absurdum esset, sed sufficit patientia, si diuturnus usus & longa quasi possessio juxta ipsissima *d. l.* verba, quam confirmant & explicant *l. ult. de servit. l. 16. l. 19. & l. 10. de usufruct. accresc. l. 2. C. eod. l. 1. §. 2. ff. de serv. P. R. l. 10. de servit. & per patientiam loco tituli, non obstat l. 8. v. pro tradito de pecul. l. 9. eod. l. C. ad SC. Vellejan. præscribuntur, si justo tempore servitutum quasi vivimus per obst. l. 2. C. de servit. & aq. l. 3. §. 4. de aq. quotid. & estiva. Magnif. Dn. Præses Exc. 13. tb. 38.* per patientiam enim sola

inducitur possessio l. 6. §. 1. si servit. vid. si quis scientis re utitur, scientia habetur pro patientia l. 45. pr. ad L. Aquil. l. 2. de noxal. act. l. 4. C. eod. Pati autem videtur, qui non inhibet usum, cum inhibere potest arg. l. 3. de noxal. act. d. l. 45. ad L. Aquil. l. 5. §. 10. de his que effud. vel dejec. l. 1. §. 3. de Tribut. act.

Modus autem est quasi traditio, quæ in Juribus Cessio seu Concessio dici solet, quia veram traditionem non recipiunt l. serv. 43. de acquir. rer. dom. Indeque utendi Concessio, quod traditione valet, l. ult. de servit. ut pulchrè loquitur Hottom. quest. illustri 12. Ad oculum itaque patet rei incorporalis seu Juris per patientiam loco Tituli & utendi concessionem loco modi, seu quasi traditionis Dominium tam Directum quam Utile in accipientem justo modo transferri posse, ita etiam, ut vix ac ne vix unum sine altero effectum sortiri possit l. 15. §. 2. de precar. Magnif. Dn. Præs. Exerc. 19. tb. 4. & Ex. 13. tb. 35. Licet quandoque ita commodè distingui non possint & simul sint, & ipsis acquirendi modis causa annexa sit ac implicata. Id, quod de veris acquirendi modis dicit Bachovius ad Treutler. Disp. 20. vol. 2. tb. 2. l. A. de mutuo Magnif. Dn. Præs. Exerc. 16. tb. 8. & pignore, ubi contractus est innexa causa seu titulus traditio vel per quem contractus transfert Jus in re, id quod Jus nil nisi res incorporalis, Dn. Præs. Ex. 19. tb. 47. Nec requirit titulum concessio, nisi accipiatur pro modo acquirendi domini, modus autem quomodo perficiatur, vide Bachov. ad Treutl. Disp. 14. tb. 2. lit. G. Dn. Præs. Exerc. 13. tb. 35. & 36. Concessionem quod attinet, accipitur quidem quandoque ita, ut dominium transferatur l. 3. pr. de acquir. rer. dom. l. 33. §. 1. d. leg. 3. at tamen hoc rarò, sed ut plurimum restringitur vel solùm ad tempus, vel planè usus conceditur. l. 12. §. 1. d. usufruct. l. 8. de aqua & aqua pluv. arcend. Et fit, vel per modum gratiæ, ita ut sentiat naturam donationis, vel per modum contractus, & in hac secundùm J. commun. regulas contrahimus, vid. Gail. 2. obs. 55. n. 6. quæ ultima & nostri contractus naturam explicat. Salinarum Etymologiã quod attinet, illud à primitivo Sal originem trahere autumo, hoc autem, neglectâ aliorum allusione, qui à saliendo, quòd sal in igne saliat, desumptum volunt, rectius



rectius deducitur à Græco ὁ ἅλιος τῆ ἀλός, in quâ significati-  
one est masculini generis, ut apud Homerum *Iliad.* 1. ἅλιος θεῖος.  
reperitur, unde etiam derivantur Sales, quas facetias dici-  
mus, quia ut Sal cibi, *Luc.* 14. v. 25. sic & hæ sermonis condi-  
mentum, *Plinius* l. 31. c. 7. & *Cic.* l. 1. *Offic.* Sale & facetiis Cæsar  
vixit omnes, *Martial.* lib. 3. & 8. *Horat.* l. 1. *Satyr.* 10. ab eod.  
dictum quoque ferunt Salarium, inter quos etiam *Plinius* d. l.  
Quo indicatur tribunorum militarium, ducumq; stipendium,  
ut *Vofs.* d. litt. *Perm.* in voc. *Sal.* l. filiusfam. ult. de in rem vers. l. 8.  
§. 23. de *Transact.* l. 13. d. impens. in res dotal. fact. l. 27. de *V. S.* l. 7.  
§. 2. usufruct. Adde *Borchol.* ad §. per tradit. 40. d. R. D. *Matth.*  
*Untzer.* in tract. de Sale c. 2.

Vocabulum Salina in Jure usurpari solet pro loco, in quo  
Sal coquitur, seu reperitur, l. 5. §. 1. de reb. eor. qui sub tutel. l. 4. §. 7.  
d. censib. l. 3. d. Publ. & vectig. indeque Salinae possidebantur  
tam à publicis quam privatis personis, quatenus in iis invenie-  
bantur locis l. 7. §. 13. solut. matrim. l. 39. §. 1. de hered. instit. l. 11.  
d. Vectig. l. 17. d. V. S. & condemnabantur mulieres seu fœmi-  
næ in Salinas l. 6. d. captiv. & postl. l. 8. §. 5. d. pæn. earumque le-  
gabatur usufructus l. 32. §. 2. §. 3. de usu & usufruct. Legat. re-  
ditusque earum numeratur inter Regalia 2. Feud. 26. que sunt  
Reg. Sed his omissis, accipitur & præprimis in Patriâ urbe (1.)  
Generaliter & latè, ut omne illud contineat, was zum Thal  
und Siedengehöret / & ita non solum Cacabos & sartagine  
continet, sed & totum Feudum, sicut accipitur in Concessione  
Salinarum, ea quæ facta ab ArchiEpiscopo ERNESTO civibus  
Hallens. Anno 1479. de quâ postea. (2.) Sumitur pro solâ do-  
mo seu ædificio, de quo in pr. dictum, Germ. Salz/Koth  
Corv. font. Lat. d. vocab. Salinarum 105. numerat *Matth. Un-  
tzerus* in tract. de Sale c. 13. Nos 112. hodiè calculare possumus,  
quoniam ab Anno 1624. novas quasdam ædificatas legimus,  
quæ distinguuntur in Maximas, Medias & Minimas, Primæ il-  
læ omnes à VOLATILIBUS dictæ, Mediæ à BRUTIS seu BE-  
STIIS, Ultimæ ab INSTRUMENTIS UTENSILIB. ac reb. IN-  
ANIMATIS nomen accepere. (3.) Pro Jure Salis coquendi  
d. l. 29. §. 1. de hered. instit. d. Corv. d. l. & præprimis in nostro  
Con-

Contracta, qui sub manibus, non quidem solum quoad totum, ut n. i. d. sed quoad partem, i. e. ut ex eo toto Jure, pars aliqua alteri utenda concedatur ad certum tempus, manente dominio apud Vasallum seu Dominum ipsius rei; Concedit autem etiam ille, qui pignoris loco rem tenet, vel ex pacto retrovenditionis, ut ut non sit Vasallus, si modo civis, ex quacunque causa habili rem habeat. (4.) Dicitur de puteo, in quo Sal foditur *d. l. 13. pr. de public. & vect. d. Corv. Germ. eine Salz/Grube* / quorum in Italia & Gallia satis ubique reperiuntur. (9.) & ultimò accipitur pro fonte, in quo salsa reperitur aqua seu muria, Germ. *Salz/Brunnen/d. A.* Hic quaedam dicenda veniunt de ipsis fontibus, quaedam de modo conficiendi Salem: Fontes quatuor sunt. *Quoniam optimè autem de futuris seu presentibus consultant, qui exempla & originem ex prateritis sumunt, juxta D. Hallicarnas. antiquit. Rom. l. 10. c. 11.* ita non malè me facturum existimo, si de origine horum fontium quaedam præmittam, dividuntur à Gæden *Conf. 6.* Ita, quilibet (*dicit*) horum in partes triginta duas dividitur, ex quibus qualibet vocatur sedes, ein *Stuhl* / & harum sedium qualibet rursus in quadraginta octo partes dispescitur, quarum qualibet iterum vocatur sartago, eine *Pfanne* / sed male hic tanquam de re sibi ignota locutus, quoniam quilibet fontium propriam suam recipit distinctionem, Sed prius de origine: Originem horum fontium antiquissimam esse constat ex Tacito *annal. l. 13. in fin.* qui prælii cujusdam mentionem facit, quod ob hos fontes commissum esse maxima pars Historicorum statuit. Fontium inventores atque ædiles fuere partim veteres illi Suevi, die *Schwaben* / qui primi omnium populorum dicuntur fuisse, qui post diluvium in Germaniam effusi, teste Brotuff. *Chron. l. 2. c. 5. add. Cluverii Geograph. l. 3. c. 3. §. 5. Munst. Cosmog. l. 3. c. 8.* quorum peculiaris pars Hermunduri posterioribus seculis dicti, d. *Autores d. loc.* Tacitus de moribus *Germ. n. 38. & 39. pag. mibi 562.* Hi enim primi venam fontis Teutonici aperuere ac fabricavere, vicini autem Catti & Hassi utilitatem ex fontibus Hermunduris redundantem animadvertentes bellum iis indixere, eorum autem fines distinxit Sala, d. Cluv.

d. Cluver. *Geograph. l. 3. c. 3. ibid. Tabula.* Hi præter omnem  
moram prælium commiserunt, magna deniq; ac superba Cat-  
torum exigua manu profligata copia, triumphantes, qui Mar-  
tî Mercurioque victimas promiserant, atque juraverant, tam  
captivos quam equos, & omnia in victoria reportata exerci-  
tis velitationibus Diis macularunt; Post delatam victoriam Her-  
munduri quidem per longi temporis spatium, & quidem ut  
vult Matth. Untzerus in tract. *de Sale c. 13.* ante & post CHRIS-  
TUM natum per sexcentos ferè annos tranquillè possederunt:  
Ipsa denique Salis utilitas etiam allexit Vandalos, **die Wan-  
dalier** / qui Hermunduros à fontium dejecerunt possessione,  
d. Brotuf. *d. l.* qui postea à A. C. 806. à Caroli M. exercitu ejecti  
sunt. Primum a. fontem, qui dicitur **der Teutsche Born** / no-  
men seu appellationem à Teutone sortitum vult D. Untzerus  
*c. 13.* qui Teutan Dux quidam hujus nationis fuisse perhibetur  
à Munsther. *Cosmog. l. 3. c. 6.* quidam à voce **deuten** / quia pri-  
mus sese indicavit ipsum dictum volunt, alii, quia à plurimis  
Teutonicus hætenus scriptus ab ordine Teutonico; Nostra sen-  
tentia est, quâ putamus, ipsum à possessoribus suis, quorû origo  
Tuiscon seu Teutan, & magis à tota natione Germanica, Ta-  
cit. *d. l. n. 2.* Hæc enim, non ipse fons à Tuiscone per injuriam  
pronunciationis **Teutsche** dicta, hic autem, an fuerit Ascenæ  
filius, vel an ædificaverit Ascaniam, **Aschersleben** / seu Ascibur-  
gum, ut quidam volunt, juxta Tacitum *hist. l. 4. n. 33. p. 502. de  
mor. Germ. n. 5.* disquirere non est animus: Hic Tuiscon à Ta-  
cit. *de mor. Germ. n. 2.* Tuisco dicitur, cui adscribitur inven-  
tio literarum Germanicarum, qui filium habuit Mannum, de  
quo Germani, licet aliter verba Taciti explicet Cluv. *Geog. l. 3.  
c. 6.* & per Mannum indicare vult Adamum, atq; per Tuistonem  
Deum; Sed miror, cur tam admirandæ hæc in re eruditionis  
vir tam absurdam (si non pietatis genio ductus) assumpserit o-  
pinionem. Germani autem dicti à Guerra, quod Gallis si-  
gnificat bellum, 2. *F. 28. §. 1. & 2.* Bunon. in Cluv. *Geog. l. 3. c. 1.  
§. 1.* inde Guaranda Carpz. *p. 1. c. 4. d. 1.* & Manno filio Tuisto-  
nis, à quo quidam dicti fuerunt Manni. Cæterum Germaniæ  
recens vocabulum & nuper additum, ut cum Tacito loquar,

B

quo.



quoniam qui primi i.e. ex Mauno nati, Rhenum transgressi, Gallos expulerunt, Germani vocati sunt, quasi die Streitbahre / sive Gallicè Gverra Manni, hoc nomen à victore ob metum mox à se ipsis invento nomine Germani ita dicti, vide omninò Tac. de mor. Germ. n. 2. p. 547. dissentit Sithm. Nucl. Inst. Proœm. p. 26. Inde liquet rectius hunc fontem scribi Tuistonium seu Germanum, quàm Teutonicum, licet cum D. Untzero alleg. l. fateri cogar, quòd pro certo nihil affirmari hâc de re possit, cum puræ putæque sint conjecturæ, tamen lubentius auctoritati innitimur, & illud, quod veritati magis consentaneum amplectendum esse ratio suadet.

Profunditatem hujus fontis exæquat Untzerus 35. ulnis dividitur autem in sedecim arbores, **Bäume** / quælibet arbor sub se comprehendit duas sedes, **zwey Stühle** / continet itaque 32. sedes & quælibet sedium comprehendit quatuor quadrantes seu **Viertel oder Quart**, atq; itaque 128. quadrantes, quælibet quadrans duodecim sartagines, ducto Calculo 1536. sartagines, **Pfannen**.

Muria extrahitur machina tractatoria ex singulis fontibus singulari arte, & confertur à bajulis, **von Born / Knechten** in dolium culcare, **in das Sohl / Faß**; Quilibet enim Cacabus habet suum dolium culcare. Structurâ primi fontis finitâ atque perfectâ, fundamenta posita sunt secundi, qui dicitur **Gut Jahr / Ern. Brotuf. c. l.** qui & olim **der wendische Brun** / etiam à Possessoribus, hîc à bono anno nomen gestat, invento etenim hoc fonte majores prosperum atque felicem anni progressum exclamati sunt; aliàs juxta communem Hallensium relationem virginem quandam, tam virtute, quàm genere nobilem, hunc fontem ædificâsse dicitur, cumq; propter profunditatē (profundissimus enim omniū) majores quàm putâsset impensæ exsolvendæ essent, pertæsa tandem sumptuum certam adhuc pecuniæ summam huic structuræ & labori destinâsse traditur, in sequentia tandem verba simul erumpens, **Wenn mit diesen auch nichts ausgerichtet wird / so mag es ein gut Jahr haben**. Hinc natum isti fonti nomen volunt, unde etiam hoc dicendi genus apud quasdâ in hâc civitate fœminas adhuc

✱

adhuc in usu esse liquet. Profunditas hujus fontis sese extendit ad quadraginta septem ulnarum longitudinem; Et longè aliam recipit divisionem ac Tuistonius, dispescitur enim in 6. arbores, arbor habet  $3\frac{1}{2}$  sedes, facit 21. sedes, qualibet 4 quadrantes fac. 84. quadrantes, qualibet quadrans 12. sartagine fac. 1008.

Tertius Metricius, *Der Meretricz oder Metritz* / profunditas ejus triginta & novem ulnas continet, dividitur in duas arbores, qualibet arbor continet 10. sedes, una sedes quatuor quadrantes fac. 80. quadrantes, una quadrans duos sextarios *Wöffel* facit 160. sextarios, unus sextarius  $8\frac{1}{2}$  sartagine fac. 1360. sartagine.

Quartus seu ultimus dicitur fons biuncus seu biuncinatus (ut ita loquar) *Der Hackenborn* / qui forsan ab iis uncis, ab utraque parte, ad dextrum alterum, alterum ad sinistrum latus incurvatis, quorum usus in valle salis frequentissimus, dictus: Nobiliss. Judicium Salin. duos etiam biuncos invicem in modum crucis conjunctos in suis sibi aptavit *in signis*. Dividitur in 8. Sedes, qualibet Sedium 4. Sextarios continet, fac. 32. Sextarios, quilibet Sextarius comprehendit  $6\frac{1}{2}$  sartagine facit 208. sartagine.

Veneris & Suevis tandem à Carolo M. feliciter devictis, fontes isti per donationem Caroli, Saxonix Duci Witekindo proprii facti sunt.

Quoad Synonymiam vox Salina vix aliam sortiri appellationem in aprico est, progredimur itaque citra ulteriores anfractus à definitione nominali ad realem.

Concessio Salinarum Hallensium triplicem sortitur significationem, (1.) Ipsam investituram factam ab ArchiEpiscopo Civib. Hall. A. 1579. significat. (2) Denotat concessionem eam, quâ feuda post mortem vasalli ad Dominum revertentia, ministris ex singulari gratia per contractum innominatum conceduntur. (3) significatio est in thes. seq.

### THESIS I.

Concessio Salinarum est conventio proprio

B 2

prio nomine carens, quâ hi, qui Jus Salis con-  
ficiendi habent, in certis partibus illud aliis u-  
tendum, fruendum concedunt, ea lege, ut con-  
cessionarius maximam partem reddituum Do-  
mino præstet. Germ. Daß er umb die gewöhn-  
lichen Ausläuffte etliche oder eine Pfanne zu ver-  
sieden habe.

### HYPOTHESIS.

Licet Lud. de Molina de Just. & Jur. tract. 2. *Disp. 258. n. 9.*  
moneat, eo que collimet Giphanius *ad l. 1. §. 1. d. O. & A. O.*  
omnia de contractibus nominatis & innominatis seu conventi-  
onibus proprio nomine carentibus, subtiliter potius quam u-  
tiliter de Jure civ. ab Ethnicis hominibus inventa atque intro-  
ducta esse, ideoque aboleri debere, verum quò subtiliores, eò  
utiliores eos introductos, docet quotidianus usus, adde *Exer.*  
*ii. tb. 2.* Ludw. licet non negandum subtiliorem eorum expli-  
cationem, quam ut Juris tyronibus proponi debeat, & ideò  
de iis in Institutionibus expressè non tractari, putat idem  
*Exerc. ii. thes. 2.* qui cit. Vult. *ad pr. §. d. Obl. n. fin.* Sed omnes  
Comentatores ad Instituta eos hodiè satis dilucidè explicant,  
unde aliam hujus omissionis causam adfert Matth. Steph. *ex In-*  
*stit. Cen. 3. quest. 21.*

Diximus in thesi, est conventio proprio nomine carens,  
in quo opponitur contrariè conventionibus proprium no-  
men habentibus, Cujac. *comm. ad l. 7. d. Pact. Pac. Tract. d.*  
*contract. c. 5.* Phil. Hann. *l. 2. Disp. Jurid. 12. l. 6.* Gœden in tra-  
ctat. d. contrah. stipul. *c. 1. concl. 3. n. 48.* Exinde autem dicitur  
Conventio proprio nomine destituta, quia natura rerum con-  
ditum est, ut plura sint negotia quàm vocabula, *p. l. 4. d. P. V.*  
*l. si quis 4. d. Legat. 1.* Aristoteles *l. 2. Eth. c. 7.* Barthol. *l. 1. conf.*  
*112. n. 1.* Carpzov, d. inhib. in poss. moment. *c. 3. thes. 26.* ratio-  
nem reddit Borcholt. quòd negotia sint à natura, vocabula au-  
tem ab hominibus, natura verò vincat hominum industriam, ad  
Tit.

Tit. 1. pr. d. loc. & cond. Ideo si forsan quaedam exstant l. civ. nondum recepta, certisque limitibus, certa que contrahendi forma à legib. non prædita, quibusque rei datio initium obligationis præbet *arg. l. un. §. 2. d. R. P.* Hahn ad Wesenb. *d. R. P. n. 10.* confugiendum puto *arg. l. 3. d. P. V.* non ad conditionem ex lege, quæ datur ex obligatione, lege nova Jure civili introducta, quæ est actio, qua aliquid petimus vel repetimus, Vultej. *J. P. R. lit. 2. c. 17.* Sed ad actionem *P. V. seu action. in factum subsidiariam non obst. l. 1. pr. fin. verb. negotium civile gestum. d. Æst. act. Wesenb. ad l. un. d. condit. ad Leg. Treutl. ibiq; Bachov. D. 23. tb. 1. lit. D. add. tb. sequent.* Non quod nomine aliquo omnino careant ita dicti, sed quod unius nominis negotium non soli habeant, & ad multa negotia unica appellatione pertineant, nulla prædita singulari pro negotio actione *l. 1. d. l. 7. §. 2. d. P. V.* Tholos. *l. 28. c. 1.* non obstat permutatio, quod vocabulum non nomē contractus, sed conventionis *Pac. Anal. C. d. R. P. neq; l. 14. d. P. V.* cum suis quibusdam interpretibus putantibus, eos esse contractus inominatos, quorum Lex XII. Tab. nullam fecit mentionem. *Pac. d. l.* Sed primo intuitu totum titul. d. condit. ex leg hoc negare quis non videt. Contractus autem inominatos causam tantam habere, non tñ. certam, accuratèq; à J. civ. definitam formam, sed in generali conventionis latitudine relictos dicit Borcholt. *loc. laud. Wesenb. Parat. de Pact. Vultej. Jurisp. l. 1. c. 30. l. 7. d. Pact.* Causa autem generaliter accepta minus rectè definitur à Treutl. *Vol. 1. Diss. 6. tb. 1. lit. D.* omne factum seu datio, quod in aliquè ea lege proficiscitur, ut vicissim aliquid det vel faciat. Sed significat omne illud negotium, de quo convenimus seu contrahimus ad dandum aliquid vel faciendum, Bachov. ad Treutl. *d. l. & tbef. Hahn. ad Wesenb. de Sponsal. n. 1. l. 7. §. 2. d. Pact. l. 3. d. O. & A. pr. J. eod. l. 3. C. eod. §. 2. de Pact. l. 1. §. 2. d. R. P.* Ad eorum existentiam & actionem J. civ. vim producendi efficacem, præter causam, ut ex una parte præstatio seu rei interventus adsit, requiritur *per l. 1. §. 2. l. 3. C. d. R. P. l. 5. pr. d. P. V.* citra quam non nisi pacti nudi speciem & valorem obtinent *l. 17. C. d. locat. & Cond. l. 2. §. fin. d. R. Cred.* Dividuntur communiter in regulares & irregulares, adde

Fransk. comm. ff. tit. de est. act. Illos non tam proximè ad nominatos, neque talia nomina habere, sed ad multa negotia unica appellatione pertinere. Hos à regulari contractuum innominatorum natura deflectere paulisper, & ad innominatos proximiores accedere, simulq; nomē aliquod habere dicūt. Tab. Sect. 4. tb. 16. quod sequitur Wolff. Adam Lauterbach Disp. d. Contr. Innom. tb 1. §. 5. Illos dicunt do ut des, do ut facias, facio ut des, facio ut facias, l. 5. cum §§. seqq. d. P. V. Hos æstimatorium & permutationem: de his, quia specialis Titul. tam in D. quàm C, dicit, quòd quodammodò nominati sint. Bachov. ad Treutl. Disp. ult. Vol. 1. tb. 2. lit. A. & B. Nos cum Dn. Præf. in Syntagm. Ex. 25. tb 3. In duo genera distinguimus contractus innominatos, quorum prius tollendæ dubitationis causâ introductum; posterius peculiare species continet: his annumeratur à Heig. quest. 14. n. 4. Regn. Sixtin. d. Regal. l. 2. n. 7. Bened. Reinh. p. 6. diff. 8. Carpz. p. 2. c. 53. dif. 3. Dn. Præf. Ex. 25. tb. ult. Concessio Salinarum Hallensium sub præstatione usurarum seu fructuum. Quem contractum ut excutiamus, nos movet illud Q. Mutii in l. 2. §. 13. d. O. 7. Turpe esse patritio & nobili & causas oranti Jus in quo versaretur ignorare. Deducto atque exhibito quid sit conventio proprio nomine destituta, facilius an Concessio Salinarum talismodi conventio sit, demonstrandum erit, nimum autem laborat Dn. Heig. d. l. ubi an I. sit societas, hic contractus exanimat, pro negativa multas adfert rationes: pro Affirmativa pugnant (1) Quòd definita conventio eandem sapiat naturam, cum ea societatis specie, cujus meminit l. 1. C. pro Socio. §. 2. d. societ. verb. Nam & ita. l. 5. §. 1. eod. ubi alter pecuniam, alter operas præstat, nam in hac alter Jus Salis coquendi, id est Jus, quo negotiari potest, confert, alter curat Sal conficere, i. e. operas præstat. (2.) Quod & eadem proportio, quæ Geometrica & in societate locum habet, Menoch. 2. a. quest. 125. & seq. Gomez. 2. resol. 5. n. 5. Hartm. Pist. 3. q. 1. n. 19. Wesenb. π. pro societ. n. 8. Dn. Carpz. 2. c. 30. def. 18. n. 4. Dav. Mœv. ad Jus Lubec. l. 3. t. 9. art. 1. n. 5. Vinn. pro Soc. §. 1. n. 1. Dissent. Bachov. ad Treutl. Vol. 1. D. 27. thes. 8. lit. D. etiam in hac conventionem locum



locum habere videatur, quia in eâ respectus habetur Personarum conferentium, quod inde liquet, quia concedens, qui magis confert, maximam, qui minus, Concessionarius minimam partem fructuum accipit, & hâc ratione observatur, medium Personæ, sicut appellatur in disciplinis practicis, non ideò sic dictum, quòd simpliciter personam observet, sed quod proportio personarû sumenda, quatenus magis & minus conferunt personæ, uti monet Dn. D. Joh. à Feld. Elem. c. 3. §. 4. (3) Quòd ad nullû contractum nominatû propius accedat quàm ad Societate, inter innominatos autè non queat referri, quia hi nihil aliud videntur, nisi comutationes, circa comutationes autè versare proportionem Arithmeticam, inficias nemo ibit. (4) Neq; illud ab hac sententia recedere suadet, quod sc. post mortem defuncti statim in hac conventionem ejusdem repræsentet successor personam Pfaffen Ord. A. 1644. lb. 2. §. 3. quod secus in societate, quæ finitur morte socii l. 70. pro soc. d. §. 5. d. soc. & hoc ita verum, licet defunctus jurato pactus hæredem in societate permansurum p. l. 35. l. 59. l. 65. §. mort. pro soc. Sutholt. Dissput. 18. apbor. 60. (Secus J. Can. vide Schneid. ad §. 5. de societ.) quia benè putare possumus solum emolumentum ad hæredem pervenire, juxta l. 63. §. 1. d. t. ubi Schneid. ad §. 5. d. societ. ibique Harpr. n. 16. Dn. Carpz. p. 1. c. 38. def. 28.

II. Videtur hæc concessio quasi locatio conductio, quia concedens vel Dominus locat Jus conductori, ut mercedem præstet, §. 4. d. locat. cond. verb. materia venditionem, opera locationem l. 2. §. 1. d. loc. & cond. neq; absimilis videtur illa locationis species, ubi Colonus partiarius in certam quantitatem, i. e. dimidiam vel tertiam fructuum partem in agro nascentium domino præstat (den Acker umb die Helffte bestellen) l. 25. §. 6. loc. cond. junct. l. 52. §. 1. pro soc. l. 1. §. 9. d. pos. ubi etiam quasi locationis vocabulo utitur Ulpianus, vid. Dn. Præs. Exerc. 25. thes. 5.

III. Proximè accedit ad illam locationis speciem, quam Germanorû consuetudo confirmavit, quâ conceduntur, oves & vacca ferrea, Carpz. p. 2. c. 37. def. 19. ubi conductor certam & qui-

quidem maximam fructuum quantitatem locatori præstat, semper manente dominio apud locatorem. Sanè nostra in nullis fermè ab hac differre videtur conventio, nisi quòd illa in reb. corporalibus, hæc in incorporalibus subsistat, Cessionarius enim seu conductor locatori maximam reddituum partem semper manente dominio utili præstat, sed sufficiat illo casu consuetudinis confirmatio, quæ ad alios etiam similes casus extendi nequit, *p. l. 39. d. LL. & porrò facit, quòd in nostro contractu vix ultra latam culpam & levem teneatur conductor arg. l. 5. §. 2. commodat. & Heig. nec ullum periculum sustinere, qui operas confert putat n. 38. in illo autem levis & levissima præstatur culpa, Rauchb. 6. p. 2. quest. 29. num. 13. Dn. Tabor tract. d. 7. Soc. ad l. 27. d. Pass. Carpz. d. l. n. 2. Dn. Præs. Ex. 24. tb. 14.* Quanquam autem singulis argumentis singulas responsiones subjungere veritatem propalaret, ea tamen sola, quæ de societate dicta, per contraria eludere volumus, cætera discursui relinquimus: maximoperè autem probat conventionem hanc esse societatem (1) quòd hic non communicentur res, id est, Salinæ ipsæ, sed earum fructus, id videlicet, **was über die Ausläuffte sein wird.** Communicationem autem fructuum non inducere communionem in re principali, multis rationibus probat Heig. *quest. 14. n. 2.* Et hoc adeò verum, etsi specialiter societatis contractum ineundi convenierint partes *d. Heig. n. 5.* accedit feuda ipsa, non fructus autem Feudorum communicari *arg. 2. f. 52. & 55. vid. Dn. Præs. Ex. 22. tb. 26.* (2) Facit, quòd sine animo contrahendi non in eatur societas *p. l. 31. l. 44. d. l.* sed in hujus conventionis instrumento ne verbulum de ineunda societate reperiri, sed sæpissimè in O. Salin. inhiberi vero verius sit. (3) Suadet quòd non solvatur morte socii per evidentissima verba **der Pfannen Ord. 1644. tb. 2. n. 3. So ein Sohn nach Absterben des Vaters in seine Sustapffen tritt &c. Würden aber der Söhne mehr sein / sol ihnen frey stehen / ob sie ingesamt &c.** Inde non obstat *arg. 4. in contrarium adduct. verba finalia, & quoniam verba d. O. P. sc. in die Sustapffen tritt / non innuunt, ut heres inchoata explicet, vid. l. 40. pro soc. sed ut in-*  
omne

Omne defuncti jus succedat. *l. 9 §. 1. de edend. l. 62. d. R. J. se-*  
*eus autem se habere societatis contractum probat §. 5. J. de*  
*Societat. l. 6. §. 9. l. 4. l. 63. §. ult. l. 65. §. 9. pro soc.* Solent ut plu-  
 rimum omnes inscribi tabellis, licet minor natu ut plurimum  
 exerceat illud jus, & singuli fratres invicem de fructibus parti-  
 cipent. Ord. Polit. An. 1652. cap. von Vormundschaften. tit.  
**von ausstehenden Schulden.** (4.) Renunciatio non habet  
 hic locum ante impletam in concessione destinatum tempus,  
 nisi forsan ob dolum, secus in societate; de pacto hac conditi-  
 one illicitè adjecto docet *l. 14. l. 70. pro soc.* Dn. Præs. Ex. 6. th.  
 25. (5.) ultimum & validissimum argumentum est invetera-  
 ta consuetudo, de qua B. Reinhard. p. 6. diff. 8. Carpz. p. 2. c.  
 3. d. 2. num. 6. quæ hunc contractum voluit innominatum effi-  
 cere, licet minimis & singulis contractuum innominatorum  
 legibus haud congruar, ob certas autem rationes à Juris  
 communis regulis recedere permittunt Dd. & ubi occurrit  
 aliquis casus, vel contractus novus, debet decidi à similitu-  
 dine illius legis, quæ est ipsi similis *p. l. 1. §. 9. de positi. l. 1. d. est.*  
*act.* Bald. in rubr. C. de societ. Steph. d. Pheder d. interpr. LL. p.  
*ult. p. 248.* Heig. d. quæst. 14. num. 6. qui dictam conventionem  
 tali applicat casui, qui proponitur in *l. 24. d. P. V.* quem ita  
 format: Titius Sempronio triginta dedit, ut ex ejus usuris se-  
 missib. tributum solvatur, quod semisses usuras excedit, quod  
 fœnori dedit, retineat, dominio pecuniæ in fœnerantem non  
 translato: Dilucidius clariusq; applicare possumus, conven-  
 tionem nostram casui legis hoc modo: *Titius Sempronio triginta*  
*(malè millia juxta Godofr. in b. l.) dedit,* applicat. *Mævius Cajo*  
*concessit sartagine, pactiq; sunt, ut ex reditu, h. e. ex usuris &*  
*obventionibus, l. 5. §. 9. de reb. eor. qui l. penult. de usu & usufr.*  
*legat. l. 20. l. 87. §. ult. de adim. Leg.* applicat: **von den Aus-**  
**läuffren.** : *ejus pecunia,* applicat: *so die Pfanne trägt; debi-*  
*tum quod Titius pendere deberet,* Fisco scil. uti explicat Godofr.  
*d. l. applicat: quod Mæv. ArchiEpiscopo vel Judicio Salina-*  
*torio deberet: Sempronius præstaret,* applicat: *Cajus qui nego-*  
*tiatur cum sartagine præstaret: computatis usuris semisibus, i. e.*  
*justis & licitis, seu sex pro cento computatis usuris,* Dn. Præs.

C

Exerc.

*Exert. 27. thes. 49. cum eo, quod plus vel minus prestitum fin' min'is,*  
*superfluum Titio detur, fin' plus Titius Sempronio restituat;* Ex hac  
conventionem ad consequendum illud, quod Sempronius præ-  
stitis tributis retinuit, qualis actio Titio detur, quæritur? Resp.  
Actio P. Verb. ita & in nostro contractu ad consequendum il-  
lud, quod Cajus Fisco seu Domino, soluto tributo, retine-  
rit, dari potest. A. P. verb. ad consequendos sc. restantes fructus,  
**die Ausläuffte.** Quanquam autem nostra conventio in plu-  
rimis magnam cum casu hujus legis affinitatem atq; similitudi-  
nem præ se ferat, quædam tamen adhuc superesse videntur di-  
versitates, quarum ea, quod in L. accipiens, gratis negotietur,  
neque quicquam negotianti relinquatur, in nostra verò con-  
ventionem, usura, respectu rei & operæ ab utrisq; collatæ sint di-  
visæ, detrahatque concedens fructus, **die Ausläuffte / con-**  
**cessionarius den Siede** profit, attamen quia datur actio P. V.  
in d. l. non est accipiens gratis negotiatus, arg. l. 17. §. 3. d. P.  
V. l. 5. §. 4. eod. §. 1. locat. cond. & contractus innominati ita in-  
euntur, ut accipiens rursus aliquid det vel faciat arg. l. 7. §. 2. d.  
**Paß.** quod in prioribus, ubi de definitione causæ egimus, de-  
monstravimus. non obst. l. 2. §. 2. l. 19. in fin. de Precar. ubi ex  
contractu nominato (cujus natura in eo consistit, ut rem gra-  
tuitò dans concedat) datur A. P. Verb. Sed benè R. Dd. iis ca-  
sibus eam solere ex æquo & bono, d. l. 2. §. 2. & deficiente scilicet  
alia ad condicendum actione applicari, Bachov. ad Treutl. vol.  
1. D. 20. thes. 1. lit. B. in fin. D. 24. thes. 5. lit. C. p. 924. ubi monet,  
quosdam precarium in purum l. 1. §. 12. d. prec. & mixtum, ex  
quo detur actio civilis, cum interveniat aliquod lucellulum,  
arg. l. 11. §. 12. d. t. distinguere. vid. Tabor in parat. Elem. p. 3.  
thes. 22. Hahn. ad Wesenbec. tit. de precar. num. 2. in fin. §. n. 6.  
in fin. Et benè putare possumus, etiam honorarium accepisse,  
negotiantem, in l. 24. d. P. V. ut ut in lege non sit expressum, si  
enim gratis negotiat' esset, mandati haberet adversus accipien-  
tem seu negotiorum actionem, non enim verba, sed mens legis  
inspicienda, l. 17. d. LL. in quam etiam sententiam descendere  
videtur Godofr. ad d. l. Et denique dicere possumus in con-  
tractu nihil accipere ratione mercedis cessionarium, sed ipsam  
solum;

solummodò lucrari illud, quod solutis debitis fructibus atque  
tributis restare videtur. Hoc itaque concessio, iterum luce  
meridianâ clarius conventionem nostram non solum ex solâ  
consuetudine, sed etiam ex textibus aliquo modo Juris defen-  
di posse contractum innominatum, quia à similitudine legis  
benè argumentari licet. Steph. Phed. d. l. Accedit & hoc, quod  
Heig. d. l. cum Sichard. in l. 5. C. d. Pact. n. 14. Costal. in d. l. 24.  
& Cujac. *ibid.* putent tunc esse contractum innominatum, si  
quantitas vel res alicui datur, ut ex ea is negotietur ad lucrum  
dantis, ut periculum sit creditoris, non translato dominio.

THESIS II.  
Causa efficiens remota non J. G. sed Civi-  
le, est.

HYPOTHESIS.

Dixi non est J. G. licet in simili conventionis casu ita putet  
Heig. d. l. n. 42. ubi 18. Decemb. A. 1594. Witteberge ita respon-  
sum adfert, quem casum etiam pari modo ex l. 24. format, ubi  
partem aliquam ArchiEpiscopus Salinarum mensalium, hac le-  
ge civibus Hallensibus concedit, ut aliquam saltem. pen-  
sionem ex iisdem ipsi pendant, reliqua sibi habeant, qua ita se  
adstrinxit ArchiEp. Ernestus Anno 1479. constitutione, ut sin-  
guli successores juratò promittant, se nemini, nisi civibus Hal-  
lensibus talismodi Salinas concedere velle. Goeden. c. 6. pr.  
quod quidem tanto Collegio & viro concederem p. l. 5. d. 7. §  
7. ubi conductiones venditiones J. G. introductæ, adde Dn.  
Præs. Ex. 1. 16. 56. nisi D. Heig. c. l. hunc contractum etiam ex  
d. l. innominatum probare velit, id quod ex verbis *Sicut pru-*  
*dentes &c.* patet. n. 40. Dixi: Sed J. Civ. ut ut haud dubitemus,  
omne Jus, omnesque contractus collectos esse ex naturalibus  
præceptis Gentium atque civilibus l. 1. §. 1. d. 7. §. ult. J. eod.  
Inde actio etiam P. V. quæ datur ex contractibus innominatis  
in l. 1. §. 1. l. 5. §. 2. l. 6. l. 15. ff. de P. V. l. 6. C. d. R. P. & passim di-  
citur Civilis, ex contractu autem Jure Gentium innominato  
dari actionem civilem vix concedere poterò, origo enim est

Jus Gentium contractuum tam nominatorum quam innomi-  
natorum l. 5. d. J. & J. Sed non est causa efficiens, ut ideò di-  
cantur innominati, per l. 23. 4. d. P. V. add. Bachov. ad Treutl.  
Disp. 23. thes. 2. lit. D. Fateor quidem non male putasse Rein-  
hadr. diff. 8. p. 6. cui calculum addit Carpz. p. 2. c. 53. d. 2. qui  
hunc contractum, qui in minimis & singulis cum legibus civi-  
libus non semper convenit ob rationem, l. 12. d. LL. l. 1. & 2.  
quod falso tutore, l. 29. §. 3. d. liber. & postb. l. 11. d. P. V. postea per  
consuetudinem contractum innominatum confirmatum esse.

### THES. III.

Causa efficiens propinqua non est solus con-  
sensus, sed cum rei interventione conjuncta.

#### HYPOTHES.

Contractum hunc solo consensu non perfici facile pate-  
scit ex eo, quando ipsum innominatum diximus, omnes au-  
tem contractus innominatos esse Reales, soloq; consensu non  
perfici, vid. Fransk. in comm. ad π. d. P. V. num. 4. & seqq. l. 1. §.  
2. verb. re tradita initium obligationi præbet. d. R. P. & sic ad illo-  
rum perfectionem tanquam causa efficiens requiritur ex una  
parte, l. 1. §. 4. d. R. P. actualis rei seu facti præstatio l. 3. C. d.  
R. P. l. 5. §. 1. cum seqq. d. P. V. l. 7. §. 2. d. pact. Tab. sect. 4. tb. 15.  
Gudel. d. jur. novus. l. 3. c. 4. Nec hodierno jure contractus  
innominatos, sine rei rei interventu perfici, nec ullibi hoc mu-  
tatum esse dicit Hahn ad Wesenbec. π. tit. d. P. V. num. 1. in fin.  
vid. Carpzov. p. 2. c. 33. def. 23. & 24. Intervenit autem res vel  
factum, vel verè vel fictè, per Hottom. quest. ill. 12. Hænen.  
Disp. Jurid. 6. tb. 6. Borcholt. Mynsing. Schneidew. ad §. per tra-  
dit. num. 90. d. R. D. Vultej. J. R. l. 1. c. 70. Lindem. Disp. 2. §. 45.  
Dn. Præl. Exerc. 41. tb. 55. Sithm. Nucl. Instit. ad tit. d. R. D. il-  
lam latius exponere, nostri instituti non est, hæc autem, dum  
de rebus etiam incorporalibus loqui animadvertimus, in spe-  
cie concessio dici solet, specialissimè dicitur cessio, vid. tit.  
I. Ulp. 19. l. 66. d. jur. dotium. l. ult. d. donat. quæ in rebus incorpo-  
ralibus idem est quod traditio in rebus corporalibus l. 3. pro soc.  
l. 49.

l. 49. §. ult. de acquir. vel amittend. poss. l. 7. C. si quis alt. vel sib. l. 6. C. d. O. & A. non autem cessio adeò modus transferendi domini rei incorporalis, ut excludat concessionem, licet ita putet Pinell. in l. 1. p. 3. C. de bon. mat. num. 39. Bachov, ad Treutl. Diff. 16. thes. 10. lit. A. & B. quia confusim & in LL. accipiuntur per l. 14. d. S. P. R. licet in nostro contractu etiam pro modo transferendi domini haud accipiatur, fitque concessio symbolicè per traditionem instrumenti l. 1. C. de donat. de qua Strauch. in Diff. 6. apb. 18. 19. 39. 40. quæ idem operatur quod vera traditio & apprehensio rei. Carpz. p. 2. c. 33. d. 15. num. 7. Geil. 2. obs. 27. num. 7. Ex his dicendum de nostro Jure Salinario, illud tanquam res quædam incorporalis veram traditionem non recipere. p. §. 2. d. R. Corp. Sithm. l. 1. §. 1. d. R. D. idèòque rectè per instrumentum **versage Zettel** concedi, ubi notandum, quod si quis Salinatorum plures (in schedula vulgò **Besatz Zettel**/in qua assignatæ singulæ sartagine, quibus per annum sequentem DEO juvante uti fruique desiderat, & exhibetur, certo die, ab omnibus simul in Curia, **auf der Besatzung** coram Legatis Principis, Senatu, Salisgravio, Fontium-que Magistris) plures dixi sartagine, German. **Güther oder Pfannen**/ de quibus ipse vel specialiter non investitus, **Als er nicht uff seiner Schrift hat**/ vel eas jure constituti, vel ex pacto retrovenditionis, quod maximè in usu est inter Salinatos, vel alio quocunque justo titulo ab aliis concessas non habet, in ea schedula conscripserit, quam per investituram vel instrumenta Concessionis **oder Versagungs Zettel** demonstrare potest, si dolo hoc fecerit, e.g. **So er Luft/Pfannen gemacht**/ incurrat in confiscationem bonorum feudalium vel sequestrationem consideratis circumstantiis, sin levi vel levisimâ culpâ vitiosa in ea scripserit, pro qualibet vitiosa vocula certam luat pœnam.

#### THES. IV.

Personarum contrahentium aliud est sub-  
jectum Activum, aliud Passivum, illud dicimus

C 3

eos,

eos, qui Jus Salinarum habent, quod in Jure Sa-  
lis conficiendi consistit maxime, & illud uten-  
dum, fruendum alteri concedunt, Welche et-  
nem andern Pfänner ihre Pfannen oder Gütther  
in Versied, und Versagung geben.

#### HYPOTHES.

Dividuntur Salinatores in perfectos, & minus perfectos,  
Germ. Pfänner und Spänner oder Beyspänner / illi dicun-  
tur qui totum Salinum in Cacobo sartaginibus & aliis perti-  
nentiis investituraque consistens, welche ein ganz Pfann  
werck haben / hi qui dimidiam partem Cacabi & paucas vel  
ad Salinum insufficientes sartagines habent, welche nicht  
gnug Güter haben. Spanner autem appellatos esse à Ger-  
manorum voce zusammen spannen / quod quis ad exercen-  
dum jus Salis coquendi, semper quod alteri deest, alter addat,  
citraq; has mutuas operas nihil quicquam salis confici curare  
possint, & ita ex duorum bonis una aliqua constituatur comu-  
nio, qua occasione non inmerito quaritur, cujus contractus na-  
turam minus Salinatorum bonorum communicatio sapiat? & di-  
cendum verius est, ejusmodi negotium à naturâ societatis ni-  
hil penè deflectere, atque ideò proportionem Geometrica, quæ  
respicit collationem rei quam persona confert, lucrum & da-  
mnum inter eos dividi debere, & quemlibet obligari in soli-  
dum, obligareque illius debiti, quod ratione communitatis  
contractum est. Carpz. p. 2. c. 17. d. 12. id quod expressis putavit  
A. 1603. Senatus ad Capitulum his verbis: Es müste aber in  
solchem Spannwerck einer vor den andern haften / damit  
wenn sich Schulden / Last solte finden / solche einem so viel  
als den andern treffe / dessen sich niemand zu beschweren /  
denn er sich selber zuzumessen / warumb er sich nicht bessern  
Spann versehen. Neque obstat, quod nomen societatis in-  
ter eos alienum, & dicantur Spanner / l. 44. atq; ideo solum  
in lucere communionem l. 31. pro soc. sed respondemus hoc ex  
certæ



verra forsā ratione factum, quod bona communicantes non  
dicantur socii **Gesellschaffter** oder **Mascopeger** sed **Spanner**  
& prima equidem ea quia societas ut plurimum initur qua-  
stus causa primario l. 7. *pro soc.* l. 8. *eod.* & quæstus sine mercatu-  
ra vix acquiri potest, illiberales autem & solidos esse quæstus  
mercenariorum confirmat. Cic. 1. *off.* Liv. l. 12. Valre. Max. l.  
3. c. 4. Sveton. c. 16. indignaque nobilioribus & honorum luce  
conspicuis & patrimonio ditionibus, omnisque negotiatio  
vero minimi lucri causa & suspecta videri debet, Myns. 6. *obs.* 54.  
Tiraquell. *de nobil.* c. 33. Hænn. *D. Pol.* 2. *tb.* 45. Cellar. *Pol.* c. 18.  
p. 300. atque non solum quæstum sed & actum ipsum sordidum  
dicit Myns. *d. loc.* & sic nobilem sine macula nobilitatis per a-  
lium negotiari posse: Salinatores verò inter nobiles, luce con-  
spicuos, patrimonioq; ditiores connumerari nemo negabit, dū  
etiam dicuntur **Salz Junckern** / quā vocem **Juncker** indu-  
cere nobilitatem affirmant Wehnerus p. 301. Besold. voc. **Junck-  
her.** p. 444. Heig. p. *quæst.* 2. n. 32. Zeil. **Sendschreib.** Ep. 348.  
ut ut lubentius concederē improprie tantum nobiles dici pos-  
se, quia illi de operis præstandis ut plurimum investiri solent,  
Heig. q. 1. *quæst.* 2. num. 76. Schneidw. de feud. p. 5. *quæst.* 19. hi  
de præstandā pecuniā Heig. p. 1. *quæst.* 14. n. 33. & ab tam nobi-  
li negotio, de quo investiti, dicuntur nobiles: his dictis accedit  
**Pfañer Ordn.** A. 1664. th. 2. **Es sol kein Pfañer ein Handels  
werck oder andre geringe Nahrung treiben** / atq; hæc vi-  
detur esse aliqua ratio, quare lubentius dici voluerint nomine  
**Spanner** / quàm socii oder **Gesellschaffter** / licet palam pro-  
fiteri cogar, in nullis fermè hanc communionem à societa-  
tum terminis recedere, ideòque haud absurdè obrationem  
identitatis à societatis legibus ad hanc conventionem  
argumentari posse. In eo tamen iterum differre videan-  
tur, quod societas, quæ de mercatura initur, ut plurimum (ne  
dicam semper) respiciat quæstum primariò, secundariò utilita-  
tem publicam, sed dicta communitio primariò utilitatem, ut  
conserventur scilicet circumjacentes civitates, & necessitatem,  
quia aliter illi, qui paucas habent sartagines, suum jus exerce-  
re non valeat, nisi per communionem, neque Domino illam  
pecu-

pecuniam, cujus causa investiti præstare queant, secundario  
verò fructus : Communio enim non inducit sordidum quid  
nata nobiliori indecens, sed communio mercaturæ quæstus  
causa inita *l. un. C. d. mund. l. 12. §. 43. d. instr. & inst. leg. vid. Ti-  
raqnell. d. l. indeque mulier, quæ mercemoniis publicè profuit,  
dicitur humilis & abjecta l. 7. C. de inc. nupt. l. 1. de nat. lib. Non  
obst. authent. sed b. r. Neq; soli Salinatores Hallenses talis-  
modi sese astringunt statuto, sed & Luneburgenses, ubi verus  
defuncti hæres non prius in possessionem Salinarum constituitur, quàm  
pro consuetudine civitatis, Cupam ut vocant, per omnes vicos tan-  
quàm in triumpho non sine vitæ discrimine portaverit, quod refert ex  
allegor. orat. D. Calen. Matth. Steph. d. Jurisd. p. 3. c. 5. n. 5. ubi  
d. A. quod quid aliud, quàm ut hoc exemplo ceteros coactos &  
corrivales à studio mercatorio retrahant, & ne consimilem quæstum,  
&c. porro à societatis naturalibus, imò & substantialibus hanc  
communione nihil deflectere patescit ex Ord. Salin. d. Anno  
164 . ubi communicantes bona habentur ratione solvendæ  
pecuniæ pro una persona. Sicut autem hodiè ubique ferè  
receptum, ut si civis assumatur, pro assumptione certa solvatur  
pecunia, Köppen. 1. Decis. II. num. 4. Max. ad Jus Lubecens.  
1. l. 12. rub. 121 ita quisque etiam habilis, qui primò in ordinem  
seu universitatem Salinatorum recipi desiderat, quinquaginta  
Joachimicis receptionem redimere tenetur, si verò duo simul  
unum aliquod corpus constituent, quisque pro rata 25. Joachi-  
micos solvit. Excipiuntur filii, qui quinque defuncto patre,  
vivente decem Joachimicis fiscum locupletantur, semper re-  
spectu habito representationis Juris, ut si pater fuerit minus  
perfectus, & filius desideret perfectus fieri Salinator, rectè tan-  
tam, quantam verè peregrinus, solvat summam, quia in id,  
quod pater non habuit, non potest succedere, arg. l. 62. d. R.  
7. l. 31. de her. inst. l. 13. §. 5. quod vi. l. 1. §. 1. si quis test. l. 84.  
d. R. 7. In lubitu autem successorum, an unus solùm, vel omnes  
simul masculi successores de defuncti bonis investiri velint,  
O. Salinat. Ann. 1644. lb. 3. Sed olim controversia incidit inter  
Senatum & Ottonem Wogav. qui duos adhuc habuit fratres,  
qui simul de una sede cujusdam fontis investiti fuere, dictus  
Otto*

